Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 161
Quelle:
Copyright:

CODICES HERMENEUTICI.

CIX.

U. 86 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. ineuntis, Folior. 188. 4. bene ſcriptus, olim *Job.* noſtri *Cuſpiniani*, ut Thecae anteriori inſcriptum ejus Μονογραμμα literis C M P, id eſt, *Cuſpinianus*, *Medicus*, *Poeta*, conſtans, et ſubjecti ejus manu Verſiculi ſequentes declarant:

Scire cupis, cuinam liber ipſe ego ſeruio ſeruus?
Dicere ſi poſſem, lingua parata foret.
Tu tamen hoc triplices monogrammate diſce figuras,
Quis ſine me domini nomina ſcire potes.
Hic quondam muſas, medicam ſed nunc colit artem;
Has artes Phoebi Cuſpinianus amat.

Ab hoc porro Viro a. 1529. e vivis ſublato ad *Job. Fabrum* Ep. migravit teſte Nota Thecae poſticae. Quae vero continet, ſunt: I. *Ariſteas de LXXII. Interpretum Interpretacione Ad philocratem fratrem per Matthiam Palmerium e greco in latinum verſus.* Praemittitur Interpretis hujus, Secretarii Apoſt. a. 1483. defuncti, *Piſani*, non, ut *Fabricius Bibl. gr.* L. III. C. 12. p. 317. *Vicentini*,